UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

P. Vergili Maronis Bvcolica

Vergilius Maro, Publius

Bonn, 1915

VI

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-5243

Visual Library

VI

Prima Syracosio dignata est ludere versu
Nostra nec erubuit silvas habitare Thalea.
Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
Vellit et admonuit: 'pastorem, Tityre, pinguis
Pascere oportet ovis, deductum dicere carmen'.
Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant et tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor harundine musam.
Non iniussa cano. Si quis tamen haec quoque, si quis
Captus amore leget: te nostrae, Vare, myricae,
Te nemus omne canet; nec Phoebo gratior ulla est,
Quam sibi quae Vari praescripsit pagina nomen.
  Pergite, Pierides. Chromis et Mnasyllos in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas ut semper Iaccho.
Serta procul, tantum capiti delapsa iacebant,

---

2 silvis *R* Thalia ς *Serv.* **5** diductum *PV* **9** in iussa *Vollmer* **10** legat ς *Prisc. GLK III 246, 5* **12** Varii P_1 **16** iacebat *PV*

VI Nemes. III **1** Anth. lat. 486, 127 prima Syracosii **2** Mart. IV 8, 12 Claud. XVI 2 XXV 2 nostra Thalia **3** *sqq.* Hor. c. IV 15 ep. II 1 Prop. II 1, 17 sqq. III 3 Ov. am. I 1, 1 II 18, 13 *sqq.* ars II 493 *sqq.* — Calp. IV 155 vellit nam saepius aurem invida paupertas et dicit: ovilia cura *Otto Sprichwörter p. 48* **4** Hom Il. XII 319 Theocr. XXV 86 πίονα μῆλα **5** Colum. X 40 Pierides . . deducite carmine Musae **6** *sq.* Prop. III 1, 15 multi, Roma, tuas laudes annalibus addent Aus. Mos. 445 *sqq.* — Hor. c. s. 76 Tib. I 3, 31 Carm. Einsidl. I 15 Paulin. Nol. XVIII 27 app. III 11 Carm. adv. Marcion. III 220 dicere laudes Ov. ars II 739 Colum. X 316 **7** Manil. V 499 condere bella Coripp. Ioh. VIII 225 tristia mittere bella **8** I 2 Nemes. I 3 gracili sub harundine carmen Auson. epigr. XXVI 13 p. 321 P. meditatur harundine carmen *cfr.* Ov. rem. 181 m. XI 154 **10** (= Hieron. Quaest. hebr. in Genes. praef. si tamen h. q. si q. c. a. leget) g. III 285 Maximian. III 5 captus amore tuo Venant. I 20, 3 captus amore tui (Auson. Mos. 390 victus amore tui = Verg. A. XII 29) **12** Ciris 40 nomen nostra . . loqueretur pagina Prud. per. X 1119 inscripta Christo pagina **13** *sqq.* Serv. plen.: 'hoc de Sileno non dicitur fictum a Vergilio, sed a Theopompo translatum' *eqs.* — Theocr. I 24 Χρόμις Calp. VI 28 *sqq.* Mnasyllus **15** Nemes. III 61 (Silenus) venas inflatus nectare dulci hesternoque gravis semper ridetur Iaccho **16** Sil. XVI 434 delapsa corona . . capiti

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.
Adgressi (nam saepe senex spe carminis ambo
Luserat) iniciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam timidisque supervenit Aegle,
Aegle, Naiadum pulcherrima, iamque videnti
Sanguineis frontem moris et tempora pingit.
Ille dolum ridens 'quo vincula nectitis?' inquit.
'Solvite me, pueri; satis est potuisse videri.
Carmina, quae voltis, cognoscite; carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit.' Simul incipit ipse.
Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus;
Nec tantum Phoebo gaudet Parnasia rupes,
Nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea.
Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque animaeque marisque fuissent
Et liquidi simul ignis; ut his exordia primis
Omnia et ipse tener mundi concreverit orbis;

---

23 inridens P_2 **30** mirantur *R* *cfr. Rhet. lat. min. p. 48, 5 H* **33** et P_1 exomnia *P* ex ordia *Nettleship* *cfr. Lucr. IV 32* ex omnia *Peerlkamp* **34** ipse teres *Hartman*

---

17 Sil. VII 196 dextraque pependit cantharus . . delapsa Anth. lat. 941, 41 Silenus . . cui lacer a summo pendebat cantharus armo **20** Claud. rapt. I 231 addunt se comites **21** *sqq.* Nemes. III 12 iamque videns: 'pueri, si carmina poscitis,' inquit 'ipse canam' *eqs.* **26** Calp. II 23 satis hoc mercedis habeto **27** *sqq.* g. I 11 Culex 115 ludentes Panes . . et Satyri Dryadesque . . puellae . . tantum non Orpheus Hebrum . . tenuit Sidon. c. XXII 37 Faunosque docebat ludere Silenus Carm. ep. 369, 12 Engstr. ludite Fauni Lucr. II 631 ludunt in numerumque exultant IV 769 g. IV 175 A. VIII 453 Luc. II 111 Ov tr. IV 1, 10 in numerum **29** Culex 15 qua Parnasia rupes **30** Aus. Mos. 158 Rhodopen . . Ismarius collis **31** Apoll. Rhod. I 496 ἤειδεν (Ὀρφεὺς) δ' ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα κτλ. Lucr. V 453 (Macr. VI 2, 22) tam magis expressere ea, quae mare, sidera, solem lunamque efficerent et magni moenia mundi . . ideo per rara foramina terrae partibus erumpens primus se sustulit aether *eqs.* I 714 *sq.* Ambros. ep. XVIII 23 mundus ipse, qui vel primum coactis elementorum per inane seminibus tenero orbe concreverat Lucr. I 1018; 1103 II 65; 105; 109 Claud. III 17 Paulin. Nol. XIX 41 (Claud. Mar. Vict. I 87 Oros. VII 35, 17) magnum per inane Aen. XII 354; 906 Lucr. II 83; 116 III 17; 27 Ov m. IV 718 VI 230 IX 223 Manil. I 553 Stat. Th. I 310 per inane — Lucr. II 1059 semina . . coacta **33** Lucr. VI 205 (Macr. VI 5, 4) liquidi . . ignis — Lucr. I 61 ex illis sunt omnia primis II 1062 V 430; 471 exordia **34** Lucr. V 495 terrae concreto corpore pondus constitit 468; 798

videri f. 14 videre 1. nec videri sc. me invitum)

ipse : aus eigener Kraft 2. me vinctum (sc. vobis)

25 huic = Aegle

Fauni : ital. Gegenstück zu Satyrn – Silen

in numerum ~ κατὰ ῥυθμόν.

30 : mirantur : σχῆμα Ἀλκμανικόν (Verb. plur. / dual inter duo nomina sing.)

29 : Phoebo ~ v. 3 – v. 73 ; Orphea : f. Prop. II 13

¹) φύσις De rer. nat. ~ Hesiodus (Lucret.)

31 f. Ap. Rhod. Arg. I 496 ἤειδεν δ᾽ ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα / … (sc. Orpheus) ~ 511

Ovid. Met. I 5-88 / Lucret. De rer. nat

41 Pyrrhae : dat. auct.

2/ a) Pyrrha – ~ homines 2 }
Kronos –
Prometheus
b) Hylas ⊤ Heroen
c) Pasiphae ↓

41 ff: cf. Hes. Erga / Theog. / Ovid I Theogonie enthalten

44 Hylas ~ Th. XIII ; Prop. I 20 → Heroisches Alter

46 : solatur amore : nicht wortlich, sond. = deflet
tröstet von der Liebe

48 : Proetides : Töchter des Königs Proetus, die sich im Wahne für Kühe hielten.

47 : poeta an Silenus Pasiphaen adloquitur?

refert – adiungit – solatur sc. Silenus

"a virgo infelix" ~ Calvus, Io. fr. 9 M

50 colla bet.

53 fultus (hyacintho : ls conson. ~ epische Tradit. gricht.

4 Pasiphae :

Helios
Minos ∞ Pasiphae Aietes Kirke
Skylla ∞ / Sinidos | |
Minotauros Medea
Kerotaurus

Proetides : Proitos : 3 Töchter wegen Beleidigung der Hera von Wahnsinn befallen : hielten sich für Kühe
Pasiphae

Tum durare solum et discludere Nerea ponto
Coeperit et rerum paulatim sumere formas;
Iamque novom terrae stupeant lucescere solem
Altius utque cadant summotis nubibus imbres;
Incipiant silvae cum primum surgere, cumque
Rara per ignaros errent animalia montis.
Hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna
Caucasiasque refert volucres furtumque Promethei.
His adiungit, Hylan nautae quo fonte relictum
Clamassent, ut litus 'Hyla Hyla' omne sonaret;
Et fortunatam, si numquam armenta fuissent,
Pasiphaen nivei solatur amore iuvenci.
A virgo infelix, quae te dementia cepit!
Proetides inplerunt falsis mugitibus agros,
At non tam turpis pecudum tamen ulla secuta
Concubitus, quamvis collo timuisset aratrum,
Et saepe in levi quaesissent cornua fronte.
A virgo infelix, tu nunc in montibus erras;
Ille latus niveum molli fultus hyacintho

38 atque *P*ς *Serv. plen.* signibus *R* **40** ignotos *P* **41** Hic *P* Titania *Wagner* **49** secuta est *R* **50** timuissent *R* **51** quaesisset *MR*

35 Lucr. V 444 (Macr. VI 4, 11) discludere **36** Lucr. V 1263 formam . . rerum Sedul. I 353 IV 267 (mortalem) sumere formam **37** Ambros. l. l. exutae humentibus tenebris novum terrae stupuere solem Paulin. Nol. XXXII 173 ast ubi cuncta novum stupuerunt surgere solem Lucr. V 432 **38** Ov. m. XI 516 cadunt . . resolutis nubibus imbres **39** Lucr. V 823 animal prope certo tempore fudit Claud. II 6 coeperat erecta surgere fronde nemus **41** *sq.* Paulin. Nol. XXII 45 nec te ceu lapides Pyrrhae argillamve Promethei — IV 6 Saturnia regna **42** Prop. II 25, 14 Caucaseas . . aves Sen. Herc. 1209 volucres Caucasi **43** *sq.* Val. III 596 rursus Hylan et rursus Hylan per longa reclamat avia Stat. s. I 2, 199 clamatus Hylas Solin. XLII 2 Theocr. XIII 58 τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν **46** Auson. Cupido 30 Pasiphae nivei sequitur vestigia tauri Ennod. c. II, 25, 1 Pasiphae niveum linquens . . iuvencum **47**; **52** Calvus Io fr. 9 B. a virgo infelix Ciris 71; 167; 517 (Manil. V 588) virgo infelix Prud. per. XIV 124 o virgo felix (*cfr.* A. III 321) — II 69 **48** Hor. ep. II 1, 212 falsis terroribus inplet Ov. m. VII 114 locum mugitibus inpleverunt Il. lat. 299 (tauri) vastis replent mugitibus auras Nemes. II 32 teneris mugitibus aera complent Carm. ep. 1141, 17 inplerunt fratres magnis mugitibus auras **51** g. IV 299 Ambros. de exc. Sat. II 128 levi cornua quaerat in fronte Culex 16 Tib. III 1, 13 Ov. hal. 3 f. V 606 tr. I 1, 8 m. XV 133; 596 German. Phaen. 175 Gratt. 489 Petr. 126, 18, 3 Sil. XIII 332 Rutil. I 230 Cyprian. Gall. Gen. 608 Paulin. Petr. IV 478 Dracont. satisf. 33 Rom. VIII 559 cornua fronte **52** II 21 Aen. III 644 — Ov. ars III 427 nemorosis montibus errant **53** Aen. XI 39 Calp. I 4 vaccae . . molle sub hirsuta latus explicuere genista Ov. m. II 865 Anth. lat. 429, 8 latus niveum

Ilice sub nigra pallentis ruminat herbas
Aut aliquam in magno sequitur grege. 'Claudite, nymphae,
Dictaeae nymphae, nemorum iam claudite saltus,
Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris
Errabunda bovis vestigia; forsitan illum
Aut herba captum viridi aut armenta secutum
Perducant aliquae stabula ad Gortyniae vaccae.'
  Tum canit Hesperidum miratam mala puellam;
Tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
Corticis atque solo proceras erigit alnos.
Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montis ut duxerit una sororum,
Utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis;
Ut Linus haec illi divino carmine pastor
Floribus atque apio crinis ornatus amaro
Dixerit: 'hos tibi dant calamos, en accipe, Musae,
Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo,
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.'
  Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est

54 herbis *R* **55** nympha *M* **61** capit M_1 **62** amaro *R* **63** eligit M_1 **64—73** *post* 81 *Scaliger* **65** Aonias *R* dixerit *MR* **66** Ut puero *Aldhelm. de metr. p. 93, 31 E.* **73** Nec RP_2 **74** ut *R* aut quam ς *Serv. p. 80, 2 Prob.*

54 Hor. c. IV 4, 57 ilex . . nigrae frondis Sen. Thy. 654 nigra ilice — Ov. am. III 5, 17 ruminat herbas Arnob. V 23 rumigantem pallentis herbas Pacianus par. 9 pallentium ruminator herbarum **58** Cat. LXIV 113 errabunda regens . . vestigia **61** Schol. Theocr. III 40 (Ἱππομένης) ἔχων παρὰ τῆς θεᾶς ⟨παραγενομένης⟩ τῷ δρόμῳ μῆλα χρυσᾶ ⟨ἐκ⟩ τοῦ τῶν Ἑσπερίδων κήπου κτλ. (*cfr.* Prob. *ad hunc l.* Catal. IX 25) **62** *sq.* Paulin. Nol. XXVII 283 amara super viridi cute cortex Ps. Hieron. ep. CXLIX 1 (Migne XXII 1220) radicum amarum corticem **64** *sqq.* Hes. theog. 1 Μουσάων Ἑλικωνιάδων . . αἵ θ' Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε . . καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Περμησσοῖο κτλ. Nicander Ther. 12 Ἀσκραῖος μυχάτοιο μελισσήεντος ἐν ὄχθαις Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησσοῖο (Anthol. Pal. VII 42 Enn. ann. I) — Prop. II 10, 25 nondum etenim Ascraeos norunt mea carmina fontes, sed modo Permessi flumine lavit Amor Claud. carm. min. XXX 8 fons Aganippea Permessius . . unda **66** Catal. IV 7 Hor. c. s. 75 Stat. s. V 3, 56 Phoebi chorus **67** Cat. LXIV 321 divino fuderunt carmine 383 Calp. I 32 **68** Colum. X 371 atque apio **70** Ov. ars II 4 Sil. XII 413 Ascraeo . . seni Stat. s. V 3, 26; 151 — Symm. I, 53, 2 pastor Hesiodus, quem poetica lauru Camenalis familia coronavit **73** Callim. in Del. 269 οὐδέ τις ἄλλη γαιάων τοσσόνδε θεῷ πεφιλήσεται ἄλλῳ **74** *sqq.* Aen. IV 595 Damas. LIII 1 = Carm. ep. 670, 1 quid loquar aut Prud. ham. 229 perist. I 112 quid loquar — Ciris 58 quam saepe legamus Ulixi candida s. l. i. m. D. v. r. et g. in a. deprensos nautas c. l. m.

55 u. Pasiphaes verba f..

Gortynia (cf. Knossos ~ Minos)

61: Atalante ~ Prop. I 1
Phaetontiadum mutatio — f. Ap. Rhod. 4, 597 ff.
(sorores Phaetontis)
= Solis (= Ἡλιάδες) filiae — Ov. M. 2, 340–66
in Schwarzpappeln verwandelt
errantem ~ amore captus f. 52 Pasiphae 58 errabunda
63: alnos Erle.

77 deducere: f. v. 5 deductum dicere carmen

73. Apollo ~ v. 3 Cynthius – v. 28 Phoebo

71 f. Prop. II 13, 4

Eurotas ~ Arcadiam

Phoebus: cf. 3/11 – 29 – 82

82: meditante ~ 8 meditabar tenui avena

Eurotas = Phoebi deliciae Hyacinthus ap. Eurot.

86 iussit (sc. non pastores)

Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates et gurgite in alto
A! timidos nautas canibus lacerasse marinis;
Aut ut mutatos Terei narraverit artus,
Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit,
Quo cursu deserta petiverit et quibus ante
Infelix sua tecta super volitaverit alis?
Omnia, quae Phoebo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas iussitque ediscere lauros,
Ille canit (pulsae referunt ad sidera valles),
Cogere donec oves stabulis numerumque referri
Iussit et invito processit Vesper Olympo.

---

78 narraverat actus *R* **80** alte *Ribbeck* **81** supra *R* ales *M*$_2$*R* **82** quodam *M* **83** audit *R* laurus *M* **85** referre *M*$_1$ *P*$_1$ *R* *Serv. plen. Schol. Bern. Non.* 381, 20 *Arusianus GLK VII* 459, 15

---

75 Prop. IV 4, 39 Scyllam . . candidaque in saevos inguina versa canes Lucr. V 892 Cic. Verr. V 56, 146 Culex 331 Tib. III 4, 89 Ov. am. III 12, 22 ars I 332 ex P. IV 10, 25 Hieron. ep. 130, 7 — Ov. m. XIV 60 Stat. s. III 2, 36 inguina monstris **76** Ov. Ibis 384 Dulichiae . . rati — Aen. VII 704 Carm. ep. 250, 6 gurgite non alto **77** Albinov. Pedo (FPR p. 351) 10 feris . . marinis . . laniandos **78** Ciris 482 mutavit virginis artus 198; 494 Culex 128 mutaverat artus **79** Claud. I 151 dapibusve paratis Prud. cath. X 71 **80** Stat. s. III 5, 58 non sic Philomela penates circuit amplectens — Sen. Phaedr. 777 quid deserta petis? Paulin. Nol. XV 125 petiit deserta locorum 321 Alcim. Av. tit. Gall. I 11 Cyprian. Gall. Exod. 407 Claud. XXI 355 **81** Ciris 51 caeruleis sua tecta s. v. a. Hor. s. II 1, 58 Ov. m. XIV 507 circumvolat alis Ov. tr. II 171 f. VI 527 ars II 19 Tib. II 2, 17 Manil. V 367; 489; 593 Aegritudo Perdic. 38 (philomela) **82** g. I 167 Lucr. II 321; 1033 VI 612 Manil. I 260; 276 omnia quae **84** *sqq.* Nemes. II 88 sic pueri Donacen toto sub sole canebant, frigidus e silvis donec descendere suasit Hesperus et stabulis pastos inducere tauros III 66 haec Pan Maenalia pueros in valle docebat, sparsas donec oves campo conducere in unum nox iubet **85** *sq.* g. IV 434 *sqq.* **86** Aen. I 374 VIII 280 Cat. LXII 1 Sil. XVI 38 Vesper Olympo Culex 203 piger . . procedit Vesper ab Oeta Iuvenc. III 225 ruber astrifero procedit Vesper Olympo Claud. rapt. II 361 processerat Hesperus orbi